



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

VIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad bestätigen die Stadt Pyritz, am 14. Februar 1277 (?).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

Eorum igitur precibus liberaliter annuentes, capituli nostri accedente consilio et consensu, in subsidium terre sancte contulimus decimas septingentorum mansorum in territorio, dober en vulgariter nuncupato, fratribus ante dictis perpetuo possidendas, tali pacto, videlicet quod a quolibet manso nobis ac nostris canonicis caminensibus quatuor modios annone ad instar mensure brandeburgensis, unum tritici, unum filiginis, unum ordeï et unum avene perfolvent singulis annis tam predialium quam personalium ratione decimarum, quarum ad mensuram nostram pars media et nostris canonicis medietas deputabitur sequestrati retroacto libertatis termino, quam colonis ratione locationis consuetudo perdocuit indulgeri, a qua solutione terras ipsorum, quos propriis animalibus excoli Domino disponente facient et expensis, prorsus et liberas decrevimus et immunes, Dum tamen centum mansorum ejusmodi terre numerum non excedant, proviso ut agri Slavorum, si quos habuerint, ad certos taxentur mansos, de quibus nobis solvetur utpote superius de mansis aliis est expressum. Preterea in villis quibus sexaginta mansos assignaverunt iidem fratres ecclesie parochiali nomine dotis quatuor mansos duximus deputandos. Porro si, quod Deus avertat, eorundem fratrum terra ad talem contingeret redigi statum, ut aliquos exinde redditus non possent percipere fratres antedicti, consentaneum rationi censemus, ut ubi et a quibus mansis aliquos perceperint redditus, ibi nobis et ab illis summa pensionis dabitur antedictæ. Nos vero de redditibus, qui nobis a bonis fratrum provenire poterunt nemini quicquam in pheodum aliquomodo porrigemus itaque nobis aut procuratoribus nostris ut supradictum est in certo loco infra districtum ejusdem terre constituto perfolutis ipsi ac eorum homines infra terminos positi memoratos, liberi erunt ab omni solutione, qua tam nobis quam ecclesie nostre tenebantur ratione decimarum. Vt autem hec nostre donationis forma et contractus irrefragabilis perseveret et jugiter inconuulsa presentis tenorem instrumenti nostro sigillo et capituli nostri decrevimus munimine roborandum. Subscriptis testibus, quorum sunt hec nomina: Adolfus, Decanus, Henricus, custos Caminensis, frater Johannes de Zeopolow, frater Sifridus de qverzan, frater fridericus de Boreke Et alij quam plures viri providi ac honesti. Datum in Boreke, Anno Domini MCCLX primo, VI Idus febr.

Aus Beckmanns handschriftl. Sammlung.

VIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad bestätigen die Stadt Pyritz,
am 14. Februar 1277 (?).

Nos Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, uniuersis cristi fidelibus, prefens scriptum visuris uel auditoris, salutem in domino sempiternam. Quum uniuersi actus hominum, qui in tempore geruntur et ordinantur, vna cum fluxu temporis in obliuionem, que memorie inimica est, transierunt et labuntur, necessarium arbitramur et expediens, ut acta principum, que robur perpetue firmitatis fortiri debent, scriptis auctenticis et testibus idoneis perheniter stabiliantur sic, ne in processu temporis per posteros irritari valeant ac infringi. Itaque notum esse volumus uniuersis, tam presentibus quam futuris, quod Nos C^m. mansos, sitos inter quinque villas, videlicet Cziten, Brederlow, Kofseltz, Melne, Beyerstorp, honorabilibus viris et

diferetis, Schulteto et Schabinis et consulis ac vniuersitati burgenfium ciuitatis Piritz, et fuccesforibus eorundem donauimus et appropriauimus, cum paludibus, lignis, et omni iure, libere ac pacifice possidendos, quos venerabilis in cristo pater, Dominus Hermannus Caminensis ecclesie Episcopus, et illustris princeps dominus Barnym, dux sclauorum, eidem burgenfibus donarunt, priusquam ad nostram jurisdictionem deuenirent, hoc factum ratificantes ad presentis negocii propositum. Volentes quod si duo mansi in mensurando superuenerint, eorum vsui sicut ceteri mansi cedent; si vero duo mansi in mensurando ob defectum terre defuerint, super inpeticione eorundem liberi esse volumus pacifice et quiete. Vie eciam, que ibidem nunc sunt, manere debent inpedite. Vt autem omnia, que dicta sunt et premissa, perhenniter permanere perseuerent, presentem litteram conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum munimine iussimus communiri, adhibitis nihilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Predictus dominus Episcopus, Bertramus de bentz, Johannes de Grifenbergh, Didericus de Kerkow, Ludovicus de Wedel, Tyde de Doffe, aduocatus de koningefberge, cum ceteris. Acta sunt hec in castro Schiltberg, Anno domini M^o. II^o. XVI^o. kal. marcii.

Aus Sachwitzcher Abschrift. Das Datum der Urkunde fand der verewigte Herr von Sachwitz in dem Copialbuche, das er benutzte, leider unleserlich vor. Wahrscheinlich gehört das Dokument in das Jahr 1277, da die genannten Markgrafen im August 1276 den Besitz des Landes Kippehne erwarben, zu dessen Bereich die Feldmark von Piritz gehörte.

IX. Ablassbrief auswärtiger Bischöfe für die Augustinerkirche zu Königsberg vom 15. Mai mit der Bestätigung des Diöcesans, vom 3. Dezember 1290.

Rudolfus, Dei gracia Sancte Salzeburgenfis Ecclesie Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus, et Conradus, eadem gracia Lauentinus Episcopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, vt sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de Habundantia Pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene seruientibus multo majorem tribuat, quam valeant promereri. Desiderantes tamen reddere Domino acceptabilem fideles Christo ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus indulgentijs videlicet et remissionibus invitamus, vt exinde redantur Divine gracia aptiores; Omnibus ergo vere penitentibus et confessis, qui ad Ecclesiam Fratrum Ordinis Sancti Augustini in Kynigisberg, Caminensis Dioc., in quatuor Festiuitatibus Beate virginis, in Anniversario Dedicationis et in die Sancti Augustini et aliorum Patronorum ejusdem Ecclesie deuocionis causa annuatim conuenerint et ibidem pro subsidio Ecclesie et Fratrum manum porrexerint ad iudricem ambo Simul octoginta dies de in iuncta ipsis penitencia, dum consensus Dyocefani accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. Datum Erford, Anno Gracie M^o. CC^o. LXXXV^o., Idus Maji.

Ueber diesem Diplom etc. steht:

Nos Jaromarus, Sancti Caminensis Ecclesie confirmatus, Indulgentias a Venerabilibus in christo Rudolpho, Salzeburgenfis Ecclesie Archiepiscopo, et Conrado, Lauentino Epi-